

NOS DECANUS

ET CONSILIJUM FACULTATIS PHILOSOPHIÆ
ALMÆ AC CELEBERRIMÆ UNIVERSITATIS SCIENTIARUM BUDAPESTINENSIS
DE ROLANDO EÖTVÖS NOMINATÆ

lecturis salutem!

Laudabili sane providentia est a Nostris Decessoribus institutum, ut qui variis fungentes huiusce Facultatis officiis sedulam in expediendis negotiis operam navassent dignosque se idcirco præstitissent peculiari honoris affectu, promeritæ laudis publicis decorarentur insignibus.

Unde Nos

dominam illustrissimam docentem
THERESIAM OBORNI,

quæ in moderandis circulis iuventutis studiosae Facultatis nostræ maxime excelluit,

PRÆMIO PRO ERUDIENDA IVENTUTE STUDIOSA

*exornare decrevimus, quo gaudeat ad Universitatis Nostræ decus atque honorem augendum. In quorum fidem testimonium hoc ei dari curavimus
Nostris subscriptionibus roboratum sigilloque Facultatis Nostræ munitum.*

Datum Budapestini, die decimo quinto mensis Novembris, anno Domini bis millesimo decimo nono.



Decanus